Anno dni. MCCCCXX. urbi padue tunc ius dicente pro serenissimo
ducali dominio venetiarum iustissimo pretore ac uiro clarissimo do
mino marco dandulo dni benedicti. palatium hoc reedificari
ceptum est. cum prius eodem anno subita uis ignis atque incerta opus
magnificum structura ac mirabile quod annis. cc. ii. inuiolatum steterat
spatio trium horarum consumpsisset. Ad quod triste infaustumque spectaculum
cum tota ciuitas non aliter quam ad commune aliquod funus concurreret omnes
que simile posse refici desperarent. statim Illustrissima ducalis domina
tio pecuniam omnem qua pulcrius altius augustiusque construere
tur ex publico eius erario depromendam. senatusconsulto
decreuit. cuius tante largitionis immortale beneficium ne ulla
unquam posset ex animis hominum delere obliuio non ingrata
ciuitas hinc gratissime insculpi tabule uoluit. Aureisque litterarum
monumentis sempiterne memorie mandari.